



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

Ab Alexandro III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

---

*AB EVGENIO III.*

**H**ENRICVS MORICOTVS de Vico Pisanus, Cardinalis Sanctorum Neræi & Achillæi cuius Epistolam habes apud Radeuicum. Claruit anno 1159. Sanctique Bernardi & Arnulphi Lexouiensis ad eum leguntur Epistolæ.

---

*AB ALEXANDRO III.*

**P**ETRVS CARDINALIS S. Chrysogoni, Apostolicæ Sedis aduersus Albigenses hæreticos Legatus, cuius Epistolam habes apud Baronium tomo 12. Claruit anno 1178.

---

*AB HONORIO III.*

**I**OANNES COLUMNA Cardinalis S. Praxedis scripsit Epistolam de Romanæ Ecclesiæ statu ad Ottōnem Cardinalem Angliæ Legatum quam habes apud Mathæum Parim. Obiit sub Innocentio 4.

---

*AB URBANO VI.*

**G**ALEOTVS TARLATVS de Petra-mala Cardinalis Thuscus, Epistolam scripsit ad Iacobum de Campofregosio, quam habes inter Epistolas procerum mundi.

---

*AB INNOCENTIO VII.*

**I**OANNES AGIDII Gallus, Cardinalis Leodiensis nuncupatus, cuius Epistolam habes apud Theodoricum à Nicm. Obiit anno 1402.